

D. HAYMONI S. 7

EPISCOPI HALBERSTAT,

**Homiliarum siue concionum ad
plebem, pars æstiuæ.**

IN DIE SANCTO

Paschæ. Marci. XVI.

**In illo tem. Maria Magdalene, & Maria
Iacobi, & Salome, emerunt aromata, ut ue
nientes ungerent Iesum. Et reliqua.**



COMMENDAT NO-
bis hæc sacratissima lectio,
sanctarum mulierũ deuori
onem, cõmendat & angelo
rum apparitionẽ, & qd his
maius est, dominicã resurre
ctionem. Sed cũcta per or
diner. **Quideamus.** Ait enim
euãgelista: **Maria Ma**

gdalene &c. Prædictę nanq; mulieres (ut Lucas eu
angelista cõmemorat) à Galilæa dominum secutæ
fuerant, de suis substantijs ei ministrantes: quia lici
tum erat apud Iudæos, nec ducebatur in culpam, ut
mulieres prædicatoribus de suis facultatibus uictum
& uestitum ministrarent. **Quar** consuetudinem te
nuerunt apostoli, post domini resurrectionem, uel
ascensionem, quod apostolus Paulus probat, sed ipse
propter uitandum scandalum inter gentes, hæc cons
uetudine uti noluit, dicens: **Nunquid non habemus**
potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut
& cæteri apostoli, & fratres dñi, & Cephas? Cephas

8 **T**IN DIE SANCTO

Actus. x Syriace, latine dicitur Petrus, Ac si diceret, habemus. Et in Actibus apostolorum de ipsis apostolis legitur. Hi omnes erant unanimiter perseverantes in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu. Sed mulieres quae dominum secutae fuerant, uidentes eum comprehendi, ligari, flagellari & crucifigi, discipulis quae dicebatur prius. **Eamus** & nos, ut moriamur cum illo, fugientibus, ipsae cum eo remanserunt. & sic impletum est tempore dominicae passionis, quod olim per beatum Iob in eius persona dictum fuerat: **Pelli mea consumptis carnibus adhaesit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Quasi enim consumptis carnibus, pellis ossi adhaeserat, quasi discipulis fugientibus, mulieres cum domino perseverabant. Sed quae arctius eum uiuentem dilexerant, nec a mortuo separari poterant. Nam uidentes eum sepeliri, sedentes contra sepulchrum, ut euangelista refert, notauerunt locum, ut abeuntes emerent aromata, & illa nocte, quantum potuerunt, unguenta praeparauerunt: sabbato autem, secundum mandatum legis siluerunt. Occidente uero sole, quod supererat in praeparandis unguentis desudauerunt. Mane autem prima sabbati, antequam illucesceret, cum praeparatis aromatibus ad sepulchrum uenerunt, cupientes eius sacratissimum corpus saltem mortuum ungeri, quem uiuentem nimio dilexerant amore. Et hoc est quod **Marcus** ait: **Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Salome, emerunt aromata.** E pulchre mulieres uno nomine censentur, ut quibus una erat uoluntas, pariter desiderium, unum esset & uocabulum. Quarum nomen distinctione euangelica lectio ostendit, per adiectiuam nomina, cum ait: **Magdalene, Jacobi, & Salome. Maria Magdalene a Mag****

PASCHAE

dalo dicta est castello: ipsa quoque soror fuit Lazari, que quondam (ut Lucas narrat) peccatrix in ciuitate fuit: sed quia dilexit multum, dimissa ei sunt peccata multa. Maria Iacobi a filio suo Iacob dicta est, que mater tera fuit domini. i. soror matris, & matris Iacobi & Iosephi. Maria Salome, uel a uico, uel a uiro dicta est. Tradunt enim eam habuisse duos uiros, Cleopham scilicet & Salomem: ipsam uolunt esse, que a libi Maria Cleopha appellatur. Maria autem Syriace, nobiscum stella maris, siue domina interpretatur: significat uero ecclesiam, que in medio nationis praua & puerile lucet tanquam luminaria in mundo, uerbum uitae continens. Quae significatio, quamuis dei genitrici spiritualiter congruat, per cuius partum uirginem sol iustitiae mundo resplenduit, tamen & istis potest congruere, quae cum aromatibus uenientes ad sepulchrum, primum splendorem dominice resurrectionis mundo nunciauerunt. Mystice autem, per has deuotissimas mulieres, sancta ecclesia designatur, quarum nomen interpretatio recte illis congruit. Magdala uero, a qua Maria magdalena dicta est, ut diximus, turris interpretatur, & significat ecclesiam. Turris quippe non solum sublimior, sed etiam tuior domus est, non facile hostibus patens: ac per hoc ecclesiam significat, quae & terrena deserit, & caelestia desiderat, pugnans inter spirituales nequitas, quotidie sibi auxilium a deo de supernis postulando, ut antiqui hostis insidias superare possit, fortitudinemque suam non sibi, sed domino committit, orans cum propheta: Esto mihi domine turris fortitudinis, a facie inimici. Haec enim illa est turris fortis & inexpugnabilis, cui uoce sponsi in Cantico canticorum dicitur: Sicut turris David collum tuum, que aedificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis

armatura fortiū. Et de qua Salomon ait: **Turris fortissima** nomē domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. **Maria Iacobi** interpretat̄ supplantat̄rix, significat & ipsa ecclesiā: quæ ut uirtutes accipere possit, uirtia supplantare nouit. **Maria Salome**, interpretatur pacifica, congruit & ipsa ecclesiæ, quæ nō solum in prosperis, sed etiā in aduersis inuisibilē pacē seruat dicēs cū pphetis: **Cū his qui oderunt pacē, erā pacificus.** Et iterū: In pace factus est locus eius, & in Sio habitatio eius. **Veniūt ergo deuotissimæ mulieres cum aromatibus sepulchrum dñi uisitare**, quia ecclesia p deuotionis studiū, quotidie deo appropinquat, dicens cū Psalmista: **Dirigat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.** **Aromata** quoq; oratiōes sanctōrū significāt. quæ aut̄ græce aromata, latine dicuntur odoramēta, ac per hoc deuotæ oratiōis fragrantiam designāt, sicut Iohānes in Apocalypsi ait: **Et habebāt phialas plenas odoramentorū, q̄ sunt oratiōes sctōrū.** Et iterum: **Stetit angelus iuxta aram tēpli, habēs thuribulum aureum in manu sua, & data sunt ei incensa multa, ut adoleret ea ante altare aureū, quod est ante oculos domini.** **Cum eīm aromata semper sint odorifera**, tamen tunc maiorem odoris fragrantiam exhibent, cū in igne posita fuerint: quia orationes sanctorum tanto magis ante deū suauius redolēt, quanto magis ab igne compunctionis excocta fuerint: in tantum, ut suauitate delectatus rex dicat: **Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij? Cui sancta anima nihil de se præsumens,** ait: **Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.** **Quasi enim aromata emimus, quæ**

ad sepulchrum deferamus, quoniam ingressuri ecclesiam ad orationem, nostras conscientias a sordidis cogitationibus emundamus, dicentes cum Propheta: Paratum cor meum deus, paratum cor meum: canabo, & psalmum dicam domino. Illae ergo mulieres angelos uident, quae cum aromatibus ad sepulchrum ueniunt: quia illae animae ad consortium angelorum pertinent, quae cum opinione boni operis assiduitatem habent orationis. Talis erat ille, qui dicebat: Christi bonus odor sumus, deo in omni loco. Imitemur ergo & nos easdem sanctas & deuotissimas mulieres, ut sicut illae cum aromatibus dominum toto desiderio querebant in sepulchro, quod est proprius mortuorum locus: ita & nos, non in sepulchro, sed cum aromatibus, scilicet orationibus, toto affectu mentis quaramus eum in caelo, quo ipsum ascendisse nouimus. Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum, orto iam sole. Hic inquirendum est, quare iste euangelista dicat: [Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum,] cum Matthaeus describat: [Vespere autem sabbati, quae lucecit in prima sabbati, uenit Maria Magdalene, et altera Maria uidere sepulchrum.] Ad quod prudens lector facile respondere potest, quia uoluntate & desiderio mentis ueipere (sicut Matthaeus dicit) uenire ceperunt, sed tenebris noctis impediuntibus, secundum Marcum ualde mane corporaliter ad domini sepulchrum puenerunt. Vel certe cum Matthaeus ait, [Vespere sabbati, quae lucecit in prima sabbati, uenerunt uidere sepulchrum,] a parte noctis, qua uenerunt, totam noctem intelligere uoluit: quia usus scripturae est, aliquando a parte tonum significare. Sed ut lucidius & aperius intelligat, sciendum est quia sicut habet dies

uesperam, ita & nox. Hoc tñ inter utrunq; distat, quia
 uesper dici tenebrescere consuevit in noctē, uesper
 aut noctis lucescere in diē. **U**t ergo **M**arthæus non
 uesperā diei, sed noctis descripsisse se ostēderet, post-
 quā dixit [uespere sabbati,] adiecit: quæ luceſcit in
 in prima sabbati. [& ideo unū idemq; est quod **M**ar-
 cus ait [ualde mane,] & qd **M**arthæus dicit, [uespe-
 re sabbati,] In dñi namq; resurrectione, etiam ipse or-
 do temporis mutatus est. **A**b initio em̄ seculi usq; ad
 dñi resurrectionem, dies præcedebat, & sequebatur
 nox: à dñi uero resurrectione, nox præcedens, ad se-
 quentē diem pertinet: quia qui in huius noctis ulti-
 ma parte à mortuis resurrexit, ipsam noctem lucidā
 atq; coruscā reddidit, & quoddā mō in diem cōmu-
 rauit. **D**e q̄ scriptū est: **E**t nox sicut dies illuminabit.
Et iterum: **E**t nox illuminatio mea, in delicijs meis. **E**t
 apte quondam dies præcedebat noctem, quia pri-
 mus homo à uera luce discedens, in tenebras erroris
 incidit. **A**p̄te etiam nunc dies noctem sequitur, quia
 per domini resurrectionem de tenebris erroris libe-
 rari, ad ueram lucem conuersi sumus, sicut ait **A**po-
 stolus: **N**ox præcessit, dies autem appropinquauit.
Iterum autē contrarium sonare uidetur, quod **M**ar-
 cus ait: [**V**eniunt ad monumētum, orto iam sole]
Iohanni qui dicit: [**C**um adhuc tenebræ essent, uenit
Maria **M**agdalene ad monumētum.] **U**bi dicen-
 dum est, quia propter magnitudinem amoris **M**aria
Magdalene primum sola, cum adhuc tenebræ essent,
 ad monumētum uenit, sicut **I**ohannes narrat: post-
 ea uero cum duabus eiusdem nominis sceminis iterum
 orto sole, sicut **M**arcus commemorat. **E**st tamen &
 alia ratio, per quam nihil contrarium inter se euāgē

listæ sensisse cognoscuntur. Quotidie enim oculis cernimus, quod crepusculo diei appropinquante, cum sol concavas terrarum partes relinquens, radios suae lucis aperire ceperit, ut sit lux in oriente, ut non desint te nebrae in occidente. Igitur si partes orientis considerauerimus, nihil contrarium uideatur dixisse **Marcus** cum ait [Orto iam sole:] si partes occidentis, non uideatur dissonum quod dicit **Iohannes**, [cum adhuc tenebrae essent.] Forte quaeritur, quare **Iohannes** unam tantummodo nominans, angelos uidisse asserat, cum **Marcus** tres scribat? Ad quod dicendum, quia (ut diximus) uel prius uenit **Maria Magdalene**, & postea iterum cum alijs: uel tres simul uenerunt, & **Iohannes** unam nominans, alias uenisse negauit. Iuxta uero spiritalem intelligentiam, tenebrae in cordibus mulierum erant, quoniam deum uelut mortuum quarebant inter mortuos. Ortus est eis sol, quando auditam ab eis resurrectionem crediderunt. Solis enim nomen in scripturis, aliquando dominus **Iesus Christus** intelligitur, sicut scriptum est: Sol cognouit occulum suum .i. **Christus** passionem. Et iterum: Vobis qui timeatis dominum, orientur sol iustitiae, & sanitas in pennis eius. Quod autem ait: [una sabbatorum] primam sabbati intelligere debemus .i. primum diem post sabbatum, quam ob honorem & reuerentiam dominicae resurrectionis, dominicam nominamus. Sicut enim nos primam feriam, secundam feriam, tertiam feriam, & caeteros per ordinem dies dicimus, sic Iudaei primam sabbati, secundam sabbati, tertiam sabbati nominabant. Et sicut Cantica canticorum, & sancta sanctorum, pro sui magnitudine in scripturis dicuntur, sic iste dies sabbatum sabbatorum propter gloriam resurrectionis dominicae dici potest. Haec autem dies

Psalm. 103
Malac. 4.

& una est de septem, & extra septem. In hac em̄ hebdomada exordium sumit, & terminum accipit. Sic em̄ est prima, ut sit tertia: & sic tertia, ut etiā sit octaua: prima quidem, in cōditiōe: tertia, in resurrectione: octaua, in reuolutione. Qui ergo in hac die resurgere dignatus est, octonarium numerum ad resurrectionē pertinere monstrauit. Resurrexit in ipsa, ut ostēderet humanum genus in octaua ætate seculi resurrecturum. Vnde per Salomonem dicitur: Da partes septem, nec non & octo. Sicut enim septimā die deus ab operibus suis requieuit, sic septima ætas dicitur requies sanctorum, cum animæ absq; corporibus sunt in requie. Octaua autem ætate accipiēt ipsę corpus, & erunt in requie. In cuius typo uel figura, octo animæ in arca saluæ factæ sunt Noę. Hæc est enim illa dies, de qua dicitur: Hæc est dies quā fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Et dicebāt ad inuicē: Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumēti? Matthæus euangelista dicit, qđ cū Ioseph sepelisset dñm in sepulchro suo nouo, aduoluit ad ostium monumēti saxū magnū, & abiit, Iudæis signantibus ipsum cum custodibus, Ergo istæ mulieres uenientes sepulchrū dñi uisitare, & sexus sui fragilitatē cōsiderātes, & magnitudinē lapidis recolētes, qui tam magnus fuisse ferūt, ut uix à uiginti hoibus moueri posset, dicebāt: [Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumēti?] Sed quamuis talia dicerēt, non tñ à cōpro itinere cessabant, credentes diuinitus fieri possibile, quod humanæ fragilitati uidebatur impossibile. Quarum mulierum constantia in libris Regum pulchre præfigurata est, quando Allophyli arcam domini captam in terram Iſrael remittentes, iunxe-

runt duas uaccas foras ad plaustrū, uirulosq; eas re-
 cluserūt domi. Et sicut scriptū est, **Ibāt uaccæ in dire-**
ctum, per uia q̄ ducit Bethanis pergētes, & mugien-
tes, nec tñ ad dexterā uel ad sinistrā declinātes: ita &
hæ mulieres pergētes dominicum sepulchrū inuise-
re, quasi mugietes & gemētes dicebār: [**Quis reuol-**
uet nobis lapidē, &c.] nec tñ propter sexus fragilita-
 tem, nec ppter magnitudinē lapidis, nec ppter me-
 tum custodū, à cœpto itinere declinabant. Imitemur
 igitur & nos hanc constantiā mulierū, ut per uiam dei
 ambulantes, nec propter tentationem dæmonum,
 nec propter metum hominum, nec propter curam
 parentum à recto itinere deuiemus: quia inchoanti-
 bus præmium promittitur, sed perseverantibus da-
 tur, domino dicente: **Qui perseverauerit usque in fi-**
nem, hic saluus erit. Et respicientes, uiderunt
reuolutum lapidem. Qualiter uel quomodo re-
 uolutio lapidis facta sit, alius euangelista, Matthæ-
 us scilicet, declarat, dicens: **Angelus quippe do-**
mini descendit de celo, & accedens reuoluit
lapidem, & sedebat super eum. Reuoluit ergo
 angelus lapidem, & non ut egressuro domino uiam
 pāderet, sed ut egressus eius indicium omnibus daret,
 id est, ut omnes eum à mortuis resurrexisse crederēt.
 Non enim indiguit in resurrectione auxilio angelo-
 rum, qui propria uirtute claustra dissipauit infero-
 rū. **Erat quippe magnus ualde.** Spiritualiter la-
 pis iste ad ostium monumenti positus, ipsam obliga-
 tionem designat inferorum, qua etiam iusti per pre-
 uaricationem primi reatus tenebantur obnoxij. **Qui**
magnus ualde fuisse dicitur, quia obligatio origina-
lis peccati int̄m dura & insolubilis fuit, ut nullus tam

iustus fuisse legat, qui se aliosq; ab ea liberare posset,
 quoadusq; ille uenit, q; factus ē inter mortuos liber.
Sed dñs Iesus Christus, q; est magni cōsili angelus, ab
 ostio monumēti lapidem reuoluit: q; hodierna die
 à mortuis resurgēs, Cherubim & flāmeum gladium
 atq; uersatilem, à uia paradisi remouit. **Vñ scriptum**
ē: Tollite portas principes uestras, & eleuamini por-
tas æternales, & introibit rex gloriæ. Nec solus ipse à
mortuis resurrexit, sed etiā omnes animas iustorū de in-
ferni claustris liberauit, impleta pphetia Osee q; ait:
Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne. Et do-
minus: Si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me
ipsum. Cuius singularem uirtutē resurrectionis Sam-
son ille fortissimus pfigurauit, de quo in libro Iudicū
legimus, quia cū Gazā ciuitatē fuisset ingressus ad me-
retricē, audiētes Philistæi eius introitū, ciuitatē muni-
erūt custodesq; deputauerūt, & quasi iā se eū habere
cōprehensum gauisi sunt. Sed quid fecit Samson au-
diam? Nō solū media nocte exiit, sed etiā utraq; por-
tas ciuitatis cū postibus, pprijs humeris in montē tu-
lit, custodesq; inanes & illusos reliquit. Quē Sāson il-
le fortissimus significauit, nisi dñm Iesum Christū, de
quo scriptū est: Dñs fortis & potēs, dñs potēs in præ-
lio: Cum ergo fuisset in ciuitatē ingressus, adamauit
mulierē meretricē, id est, Christus ecclesiam quę post
idolorū culturam ad fidem Christi uocata est. Quid
Gaza ciuitas, nisi infernum: quid Philistæi, nisi Iudæ-
os designant? Samson ergo Gazam ciuitatem ingres-
so, Philistæi lætabantur: quia Iudæi sepulto domino,
& ad inferni claustra descendente lætati sunt, putan-
tes nomen eius se habere extinctum. Sed quid Sam-
son noster scilicet dominus Iesus CHRISTVS fecit?

Non solum liber exijt, sed etiam portas tulit: quia nō solum ipse ab inferis liber exijt, sed etiam omnes animas iustorum de inferno liberauit, & ad mōtana, id est, ad caelestia reuocauit. Cui per prophetā Zachariam dicitur: Tu quoq; in sanguine testamēti tui eduxisti uinctos tuos de lacu, in quo nō erat aqua. Et ne aliquis de resurrectione dubitaret, etiā aliquātos corpore resuscitauit: quia (sicut scriptū est) multa corpora sanctorū, qui dormierant, surrexerūt. **Et introeuntes in monumentū.** Postquam deuotæ mulieres lapidē ab ostio monumenti reuolutum uiderūt, sine ulla tarditate in ipsum introierūt. Sed forte mouet aliquos, qui tñ consuetam monumēta considerāt, quomodo sepulchrum dñi ædificatum fuerit, quod tot mulieres unā cū angelis capere possent. Ad quod respondendum, quia sicut illi testati sunt, qui hoc uiderunt, & scriptum ad nostrā memoriā reliquerunt, tali modo ædificatū fuit. Erat enim lapis magnus in horro, guttulis purpureis intinctus, colore candido resurgens, in cuius latere erat sepulchrū excisum, tantæ magnitudinis, ut octo uel nouē hoīes capere possent. & tantæ altitudinis, ut quisq; in eius pauimento stans, erecta manu culmē pertingere possent. In cuius aquilonari parte sepulchrū dñi excisum est, septem pedes & medium (ut dicunt) habens longitudinis, & tres palmas & mediam latitudinis. Ostium uero spe lunæ, paruum est ad orientē, unde introeūtib; locus dominici corporis in dextris habetur: quia dominicum corpus ita in monumento iacuit, ut caput illius ad occidentē, & pedes ad orientē respicerent: dextera quoq; manus ad meridiē, sinistra ad aquilonem. Ex quo tempore cōsuetudo excreuit, **Christia**

Zach. 9.

Matth. 27

norum corpora ad hanc similitudinē sepeliri. Et recte in tali loco dñs sepulturā suam elegit, ubi nulla possibilis effodiēdi esset, q̄tenus oēm occasionē calūniā di Iudeis auferret. ne forte, si maceria vel qlibet pariete circumclusus esset, dicerent ipsum discipulos ipsius furatos fuisse. Post ascensionem dñi & resurrectionem. Christiani zelo diuini amoris ecclesiam in eodem loco rotundo mirā magnitudinis & edificauerunt, cuius pauimentū ex marmore albo strauerūt, tectum autē laminis aureis desuper ornaauerunt, interiora autē parietū crustulis aureis decorauerunt. Super sepulchrum autē crucē aureā mirā pulchritudinis statuerunt, appendentes ante eam pharum argenteum cū lampadibus. In tantū namq; sepulchrū dñi mirabile factum est, ut etiā pphetia Isaie iuxta literam impleretur, dicētis: In die illa radix Iesā, q̄ stat in signū populorū, ipsum gētes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Viderunt iuuenē sedentem in dextris, coopertū stola cādida. Iohannes euangelista dicit, quod respiciens Maria Magdalene in monumentū, uidit duos angelos in albis sedentes, unū ad caput, & unū ad pedes, ubi positū fuerat corpus Iesu. In quo loco considerandū est, q̄ pulchre utraq; dñi natura, diuina pariter & humana, nobis cōmendatur. Per caput nāq; diuinitas designatur, sicut Apostolus ait, Caput Chri deus: p pedes uero humanitas, unde Moyses dicit, Et q̄ appropinquā ad pedes eius, accipient de doctrina eius. Quasi ergo angelus ad caput sedet, cum Iohānes clamat: In principio erat uerbū, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbum. Quasi ad pedes, cum idem euangelista ait, Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.

1. Cori. 11.
 Deut. 33.

Marcus autem eūdem angelum in dextris sedisse de scribit, ut dominum de mortalitate ad immortalitatem transisse insinuet. Sicut enim per sinistram præsens uita, sic & per dexteram futurę uitę immortalitas designatur, teste Salomone, qui ait: **Lęua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.** Et recte testis eius resurrectionis angelus in dextris apparuit, ut ostenderet eum de corruptione ad incorruptionem, de mortalitate ad immortalitatē trāsisse: quia sicut ait Apostolus, **Christus resurgēs a mortuis, iam non moritur, & mors illi ultra nō dominabitur.** Et iterū, **Et si nouimus Christum secundū carnem, sed iam nunc nō nouimus.** Et ut inimicum humani generis perfecte a dño superatū declararet, nō stans, sed sedens angelus apparere uoluit, Stare enim pugnantis est, sedere regnantis, siue iudicantis. Sedet enim rex in throno glorię suę, miles autē post uictoriam quiescit. Quia ergo dñs caput antiqui serpētis contriuerat, omnesq; electos dei de eius potestate liberauerat, recte testis resurrectionis eius, non stans, sed sedens (ut dictum est) apparuit. Qui etiā bene stola cādida coopertus apparuit, ut ineffabile gaudium dominicę resurrectiōis in ipso habitu demonstraret. Cum enim in ueteri testamento sępissime ab hominibus angeli uisi legantur, non facile reperies quenq; stola candida indutum apparuisse, quia hoc priuilegium dominicę resurrectioni serabatur. Et quia cōsuetudo est Palæstinis dies festos celebrantibus, ut alba uestimenta induant, cū angelus stola cādida indutus apparuit, festiuitatē dominicę resurrectionis se celebrare ostendit. Vbi si quis quærat, utrum suā, an nostrā, intelligere potest, & suā, & nostram. Domini

Canti. 12

Roma. 8

2. Corin. 5

enim resurrectio festiuitas angelorum fuit, quoniam numerus eorum, qui retrogradens per apostaram angelum imminutus fuerat, ex animabus fidelium adimpletur. Nostra festiuitas est, quia de perditione nos liberans, ad societatem angelorum reuocauit. In sua igitur festiuitate & in nostra angelus in candidis uestibus apparuit, ut ineffabile gaudium huius festiuitatis ostenderet. Si ergo gaudium est in celo coram angelis super uno peccatore penitentiam agente, quale putamus gaudium fuisse, quam tot millia animarum sanctarum ad suum consortium transire uiderunt? Hæc est namque dies quam fecit dominus, exultemus & letemur in ea. **Et obstupuerunt.** Consuetudo mortalium est, ut cum aliquid super se uiderint, infra se primefiant. Ex eo enim tempore, quo primus homo a consortio angelorum peccando discessit, in tantam dilapsi sumus miseriam, ut supernos ciues sine metu uidere non possimus. Et ideo sancte mulieres, non solum quia angelum uiderunt cooperum stola candida, obstupuerunt: sed etiam, quia uacuum monumenti locum conspexerunt. Nam idem ipse angelus testis dominicæ resurrectionis in tali specie apparuit, ut ex ipsa sua uisione, & terrore reprobis, & blandimentum pijs mentibus exhiberet. Quod Mattheus euangelista manifestat, dicens: [Erat aspectus eius sicut fulgur, uestimenta eius sicut nix.] In fulgure etenim timoris terror, in niue blandimentum lenitatis ostenditur. Quia ergo in fulgureo uultu & in niueo candore angelus apparuit, ostendit, quia dominus Iesus Christus, qui est angelus magni consilii dictus, in ultima & generali resurrectione, & terribilis reprobis, & blandus apparebit iustis. Quasi enim in fulgureo uultu apparebit illis, quibus dicturus est: **Discedite a**

me maledixisti in ignem æternum, qui paratus est dia-
 bolo & angelis eius. Quasi in niueo candore illis, quibus
 dicit: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ
 quod vobis paratũ est ab origine mundi. Hanc de-
 scriptionẽ ostendit angelus testis dñicæ resurrectionis,
 quã prae timore illius exterriti sunt custodes, & fa-
 cti sunt uelut mortui: mulieres autẽ, ne timeret, p-
 sinus blandã consolationẽ acceperunt. Vnde subdi-
 tur: **Qui dicit illis: Nolite erpauescere.** Ac si di-
 ceret: Paueant illi, qui supernorũ ciuiũ aduentum nõ
 diligunt: primescant illi qui sepulchrũ dñi maligno
 animo custodiunt. Vos autem timere non debetis,
 quã concines uestros conspicietis. Et quare mulieres
 timere nõ deberent, causam protinus demonstrat, cũ
 subiungit: **Jesum queritis.** Iesus Hebræo sermo
 ne, latine saluator, siue salutaris dicitur. Ac si diceretis:
 Quã saluatorẽ quæritis, saluatoris nuncium nõ de-
 betis timere, sed magis diligere. Et ne forte de alio
 aliquo Iesu dici putaretur, subiicit: **Bazarenum.**
 Nazarenus dicitur est dñs, eo quod in ciuitate Naza-
 reth sit conceptus, atq; nutritus. Sed quia Nazareus
 sc̃tus interpretatur, recte hoc nomen specialiter illi
 congruit, qui ẽ sanctus sc̃torum, & rex regũ, atq; dñs
 dominantium. De quo p̃ Prophetam dicit: **Non da-**
 bis sanctum tuum uidere corruptionẽ. Et ne aligs
 in Nazareth tali nomine uocaretur, adiunxit. **Cruci-**
fixum. Crucifixus est, p̃ nobis, ut p̃ lignum sanctæ
 crucis, lignum præuicationis excluderet. **Sur-**
rexit. Surrexit p̃ humanitatem, qui nullũ casum pa-
 titur in diuinitate. Et ideo resurgere uoluit, qui nun-
 quam cecidit, ut ille erigeret, q̃ stare noluit. Quod
 autẽ ait, **Non est hic,** de præsentia corporali dixit;

psalm. 17.

quia per diuinitatis potentiam ubique est totus, ubique est
 Jeremi. 23³ præsens, sicut ipse ait per prophetam: Cælum & terram
 ego impleo. Et ut omnem dubitationem à cordibus
 eorum expelleret, adiecit: **Ecce locus, ubi posuerunt
 eum.** Ac si diceret: Si meis non creditis uerbis, saltem uacuo
 credite sepulchro, & omnem dubitationem à cordibus
 uestris repellite. **Sedite, dicite discipulis eius, & Petro.** Consideranda est in hoc loco specialis
 domini misericordia erga sexum foemineum. Ne enim mulier
 semper in opprobrium haberetur, quia facta prima uiro propin-
 quauerat mortem, per foeminas primum uiris sua uoluit
 nunciare resurrectionem. Ac si diceret hominibus: De cuius
 manu sumpstis pocula mortis, ab eius ore audite
 gaudium resurrectionis. Sed querendum est, quare disci-
 pulis nominatis, Petrus ex nomine designet. Ait enim
 angelus: [Dicite discipulis eius, & Petro.] Ad quod di-
 cendum, quia sicut euangelica narrat historia, cum per-
 geret dominus ad passionem, Petrus pauore perter-
 ritus, terram negauerat: & fortassis inter ceteros disci-
 pulos ad uidentium dominum, post domini resurre-
 ctionem accedere non auderet, nisi eum angelus ex no-
 mine exprimeret. Vocatur ergo ex nomine, ne despe-
 raret ex negatione. Forte etiam mouet aliquem, quare
 dominus tam dilectum discipulum, in tam graue
 facinus cadere permisit, ut dominum ac magistrum
 suum ad uocem unius ancillae negaret. Sciendum au-
 tem, quia prouidentissima dispensatione domini hoc
 factum est, ut quem cunctae ecclesiae praeferre dispo-
 suerat, semetipsum negare permetteret, ut ex sua fra-
 gilitate disceret, alijs peccantibus qualem misereri de-
 buisset. Primum ergo sibi eum ostendit, & tunc ceteris
 praeposuit, ut intelligeret, quod distinctionem ui-

rijs, cōpassionem deberet naturæ, sicut ei alibi à do-
 mino dicitur: Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat
 fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fra-
 tres tuos. Quod autē ait, Quia precedet vos in
Galilæam. Tbi eum videbitis sicut dixit vo-
bis, idiplum est, quod pergens ad passionem dixe-
 rat. Postquam autem surrexero, precedam uos in Ga-
 lilæam. Et pulchre dominus post resurrectionem à
 discipulis in Galilæa uidendus prædicitur, quia iam
 de corruptione ad incorruptionem, de mortalitate
 ad immortalitatem transierat. Galilæa namq; trans-
 migratio facta interpretatur. Quia ergo de corrupti-
 one ad incorruptionem, de mortalitate ad immor-
 talitatem transiit, recte in Galilæa uidendus dicitur.
 Quia sicut ait apostolus Petrus, Christus semel pro
 peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut uos
 offerret deo. Et iterū: Si autē mortuus est ex infirmita-
 te, uiuit tñ ex uirtute dei. Siue iuxta aliā intelligenti-
 am Galilæa, q̄ uolubilitas siue **Orā** interpretat, gēti-
 lem populū significat. Cū ergo in Galilæa uidendus
 prædicit, ostendit Iudæos, ppter perfidiam esse relin-
 quēdos, gentes autē per fidē colligēdas, quæ ante dñi
 aduētum nesciētes deū, in uolubilitate seculi mora-
 bantur. Siue aliter, post resurrectionē in Galilæa ui-
 dendus nunciatur, quia illi ad speciem eius contēplan-
 dam puenire merebuntur, qui nō transmigrant de
 uitijs ad uirtutes, de amore mundi ad amorem dei,
 de clinantes à malo, & facientes bonum. Vnde bene
 Galilæa (iuxta aliam interpretationem) reuelatio di-
 citur: quia quod nūc uidemus in spe, tūc reuelata fa-
 cie uidebimus in re. Vnde Apostolus ait: Videmus
 nūc per speculū in enigmate, tunc autē facie ad faciem.

Luce. 22

Matt. 26

1. Petri. 3

2. Cor. 13

1. Corin. 13

s. Cozin

Et iterum: Nos autem fratres reuelata facie gloria, domini contemplantes, transformamur à claritate in gloriam, & tanquã à domini spiritu. Ad quam uisionem ille nos perducere dignetur, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorũ, Amẽ.

FERIA SECVNDA

Paschæ. Actuum .X.

In diebus illis Stas Petrus in medio plebis dixit: Viri fratres, uos scitis qd factum est uerbũ per uniuersam Iudæã, incipiens em à Galilæa post baptismũ quod prædicauit Iohãnes, Iesum à Nazareth. Et rel.

Breuiter omnia quæ in simbolo continentur, cõplexus est apostolus Petrus in lectione præfenti, quam audistis fratres charissimi, qd Iesus sit Christus, & omnig sit dominus. Stans em in medio plebis, dixit: Viri fratres, uos scitis quod factum est uerbum p uniuersam Iudæam, incipiens enim à Galilæa post baptismũ qd prædicauit Iohãnes, Iesum à Nazareth. ¶ Totum hic patriter demonstratur quod mundum deo reconciliare missus sit Christus, Iohãnes uero est præconatus, qd spiritu sancto perunctus, quod deo inhabitate p miracula declaratus, qd crucifixus, & à mortuis suscitatus, quod iudex sit omnũ in fine uenturus, quod etiã ecclesiam suã per fidẽ toto sit orbe illuminaturus. Denique subiungitur: quomodo vnit eum deus spiritu sancto et uirtute. Vnctus est ergo Iesus non oleo uisibili, sed dono gratiæ spiritualis.

quæ omnia pleniter continebat, quod uisibili significatur unguento. Quod baptizatus ungit ecclesiã, dũ per impositionem manus episcopi, spiritus sepiiformis inuocatur, in qua similitudine super eum baptizatum spiritus sanctus in specie columbæ descendit, tunc & ecclesiã suam præfigurare dignatus est, in qua præcipue baptizati accipiunt spiritum sanctum. Tunc enim intelligendus est unctus, cum uerbum caro factum est. Id est, quando humana natura sine ulis præcedētibus bonorum operum meritis, deo uerbo est in utero uirginis copulata, ut pariter diuina & humana natura una esset persona, & ob hoc eum cõfitemur natũ de spiritu sancto & Maria uirgine. qui pertransiuit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam deus erat cõ illo, id est, pater cũ filio semper manebat, melius est intelligere, quã diuinitatem filij eum homine quẽ assumpsit cohabitãtem significaret, ut Christi personam geminaret, & in errorem maximum incideret. Sequitur: Et nos testes sumus omniũ quæ fecit in regiõẽ Iudæorum ⁊ Ierusalem. Recte aut se esse testes testãtur, qui per uniuersum mundũ missi sunt euangeliũ prædicare, ut in Psalmo legimus: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Deus & pater, per duas in Christo operatur naturas, per unam quæ ei cõmunis est cum deo patre, ex eo quod deus est, per alterã quæ ex uirgine Maria homo factus est. Per has duas naturas in uno filio dei, duas pariter facit resurrectiones humani generis, id est, animarum & corporũ. Habẽt em̃ & animæ mortem suam, in impietate atq; peccatis, secundum quam mortem mortui sunt, de quibus

Johan. 1

h' v' deest aliqd, vel abadat.

Psalm. 18.

Luc. 9.

idem dñs ait, Sine mortuos sepelire mortuos suos, ut scilicet in anima mortui, in corpore mortuos sepelirent. Mors est uidelicet animæ, qñ deus deserit eam ob peccatorum magnitudinem. Corporis mors est, qñ ab anima deseritur. Ab his duobus mortis generibus resuscitatos, duas dicimus resurrectiones. Nunc autem animarum in ecclesia per filium dei (hoc est, uerbū dei) fit resurrectio, quando per gratiam dei uiuificati resurgunt à morte iniquitatis. Et hæc est prima resurrectio, quam qui habent, in secūda quæ est corporum, fideliter resurgent in uitam æternam. Resurgent im-

Matth. 25

pii, unusquisque in carne sua, ut cum diabolo & angelis eius puniantur. Hoc certissime sciendum est, quod nemo nisi per indebitam misericordiam dei liberabitur, & nisi per debitum iudicium damnabitur. Tunc sancti scient plenius, quid boni eis contulerit gratia dei, uel quid essent cōsecuti, si diuina eos gratuito munere non elegendisset misericordia. Tunc erit ipse deus sanctorum societas, beatorum iucunditas, & omnia quæcunque ab eis honeste desiderari possunt, & uita & salus & copia, gloria & honor & pax, æterna beatitudo & beata æternitas, cui sit honor & gloria nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

FERIA SECUNDA

Paschæ. Luca XXIII.

In illo tempore Duo ex discipulis Iesu ibat ipsa die in castellum, quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emaus. Et reliqua.